



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa  
Bullam Unigenitus**

**Archidiocèse <Malines>**

**Bruxellis, [1719]**

Exemplar Responsi Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Episcopi  
Antverpiensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40699**

ce , & qu'on y croit , que Saint Pierre a parlé en Clément dans la Constitution *Unigenitus*. Pour moi j'ai la consolation , d'avoir des premiers publié cette Constitution , même dans un Diocèse soumis à des Puissances d'une Religion contraire à la nôtre , & de la voir y respectée , & observée , graces à Dieu , de tout mon Clergé , & Peuple , ainsi que je ne crois pas nécessaire d'y publier quelque nouvelle Lettre Pastorale , devant que Sa Sainteté , ou son Ministre Monseigneur l'Internonce m'ait communiqué le Bref de Séparation , que je ne manquerai pas de publier , ni jamais les occasions , ou je pourrai Vous témoigner le respect avec lequel j'ai l'honneur d'être . Ruremonde ce 5. de Novembre 1718. Monseigneur , votre très-humble & très-obéissant Serviteur . Etoit signé F. ANGE Evêque de Ruremonde .



## EXEMPLAR RESPONSI Illustrissimi , ac Reverendissimi Domini Episcopi Antverpiensis.

*Excellentissime , ac Reverendissime Domine*

**D**Um summas , quas alias Excellentiae Vestrae prò communicatione Literæ suæ Pastoralis ore tenus egi gratias , nunc prò transmissione plurium exemplarium ejusdem hic repeto , licebit simul sensum ingentis doloris mei exprimere , quo me afficiunt scandalosæ istæ , novissimèque erumpentes quorundam hujus Patriæ Refractariorum , & Obstinatorum voces contra Bullam Sanctissimi Domini Nostri *Unigenitus* , quas intra Galliæ limi-

tes mansuras, intràque paucorum, inibi plus justò sapere volentium, ora suffocandas speraveram, idque, ut accideret, humilitè simul ac instantè Deum rogabam; sanè malo, quod oppressum credebamus, nunc recrudescente, fortius quoque contraire necesse erit. In Bulla *Unigenitus* Supremum Ecclesiæ Caput errores, maximâ ex parte ab ante damnatos, notavit noviter, Episcopi Orbis universi, paucis Gallis exceptis, necessitatem simul, ac justiam Pontificiæ definitionis agnoverunt reuerenter; quid restat, nisi ut oblatrantes puniantur fortiter? Nullum, laus Deo, publicè id verbo factove facientem novi hucusque in Diœcesi meâ; de occultis judicabit Dominus: non dormio interim ego, nec dormiunt mei, sentietque primus, quem oblatrandi pruritus invaserit, quod, dum Summum Pastorem loquentem alii Pastores prò debito auscultant, & ipse Pastorem suum audire, aut pro hædo haberi, &c, quâ talis, à bonis separari debeat. Sum interea debito cum respectu. Antverpiæ 3. Decembris 1718. Excellentiæ Vestrae humillimus Servus. Erat signatum. P. J. Episcopus Antverpiensis.



## EXEMPLAR RESPONSI Illustrissimi & Reverendissimi Domini Episcopi Brugensis.

*Excellentissime, ac Reverendissime Domine*  
**S**ummo cum animi gaudio legi, & relegi Epistolam Pastoralem, quam Excellentissimam, ac Reverendissima Vesta Dominatio mecum commu-